



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Bibliotheca Scriptorvm Sacri Ordinis Cisterciensis Elogiis Plvrimorvm Maxime Illvstrivm Adornata**

**Visch, Charles de**

**Coloniæ Agrippinæ, 1656**

Cvrsvs Theologicus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38433**

## C V R S V S

## THEOLOGICUS.

**E**X DEO naturaliter cognito ad DEVM sublimius cognoscendum ascendimus, rationis aciem Fide supernaturali iuauimus, iactis constamus fundamentis, & quia de ipso generose sentimus, multa qua haecenus in scholis recepta, necessariò mutauimus, Hunc Cursum complemus his libris.

*Præcursor Theologicus.* Omnes Quæstiones Præcæiales, quæ sub initium Theologiæ disputantur, edisserit.

*Deus Sapiens.* Agit de Scientiâ Dei; nimirum de simpliciter intelligente, de Visiua, & de Mediâ.

*Deus Volens.* Agit de Voluntate Dei: nempe de Necessaria & Libera. Item de Noluntate; & Opinionib. Philosophicis consonans, ostendit Nolitiones in Deo non reperiri.

*Deus Prouidens.* Et in hoc Libro de Prouidentia, de Prædestinatione, de Reprobatione, de Directione secundarum Causalium (materialium & immaterialium) disputatur.

*Deus Trinus.* Disserit de sublimi Trinitatis Mystério: & quia Theologica ad Philosophicas Positiones elimat, tradit multa subtilia, noua & rara.

*Homo Purus.* Examinat, An sit possibilis natura pura, & qualis in illo statu esset Homo, qui sine gratia & sine peccato nasceretur?

*Homo Innocens.* Considerat primos Homines in Paradiso, nondum lapsos, & illius statûs felicissimi edisserit prærogatiuas.

*Homo Lapsus.* Edisserit Hominis post peccatum miseras, (reales, moralesque) & aliqua præloquitur de Medicinâ, quæ fuit illi diuinitus data.

*Maria.* Sunt in Theologiâ multa, quæ specialiter concernunt Deiparam, & debuerunt

specialiter examinari.

*Christus.* Et hic Tomus subdividitur in Libros quinque, quos breuiter enumerabimus.

*Vno Hypostatica.* Disputat de essentiâ & proprietatibus unionis, diuersis Scholis se attemptans.

*Christi Corpus.* Et multa edisserit, quæ licet omnia hucusque à Philosophis Theologisque, non debent ab Eruditis ignorari.

*Christi Anima.* Et hic uberiùs multa de substantiâ, potentiis, attributis, virtutibusque.

*Christi Vita.* Non Historicus tantum, sed & Theologicus hic Liber est, imò etiam Mathematicus, quoniam Christi actus pensitat, & eorumdem: loca, tempora & rationes disquirat.

Expectaret hic aliquis libros de Sacramentis, at meliore consilio illos transtulimus ad Theologiam Moralem: pauca enim in singulis Physica, & tamen illa in Eucharisticâ Philosophia dilucidauimus.

## C V R S V S

## PHILOSOPHIÆ

## MORALIS.

**G**enius meus merâ speculatione delectatur. Improbo Libori ille insudat: & sæpè potius ut res cognoscat, quam ut habeat. nam de diuitiis & dignitatibus scripsi multa, cum tamen illas contemniam, has non ambiam. At nescio quo fato factum sit ut decuplò plura scripserim de Practicis, quam de Speculatiuis. Vt video cessi temporis, loco, amicitia; debuique respondere Morales Decisiones rogantibus. Resolutiones tandem meæ tot fuerunt, ut debuerim in classes & libros distribuere, & potuerim paucis insertis & additis ad hanc reduci formam, quam præ se ferunt. Eas ego majoris claritatis gratiâ ad duo Volumina reduco, ne sublimiora ab aère pendeant. fundamentalibus Theisibus ignorantis. Primum Volumen est: